

WS3

9

**A**d S. D. M. Aleandrum vi. pontificē maximū Petri de Uicētla  
Epi Lescen. Camer aplice Auditoris Et in hac causa vna cū R. P. D.  
Petro Isuaglies Archiepo Regino Alme vrbis gubernatorū Lomis-  
sarū. Relatio habita corā S. sua in consistorio secreto sup fallis bre-  
uibus aplicis cōfectis per Bartholomeum floridum tunc Archiep̄m  
Lusentinū ac eiusdem D. M. Pape Secretarum.

**N**emo est Beat. p̄ mea sententia cui congruentius q̄ sc̄itatis tue  
munus huius opusculi dicari possit Nō quia mea tanti faciā vt ea cō-  
spectu tue S. digna existimem: sed quod in hoc libello non solū agit  
de falsitate litterar̄ apliçar̄ in quib⁹ p̄cipue tua maiestas ledit: verū  
etiam de priuatiō Archiep̄i ac ciudem traditiōe curie seculari que si  
ne auctoritate beatitudinis tue null⁹ oīno potest licite diffinire: q̄uis  
aut̄ nō mediocriter vereat ne aut magnitudini rei aut potius celitu-  
dini tue satisfacere nō potuerim: cū ppter ibecillitatē ingenij. Tū ob  
strepitū litigantū qui frequētissime me & scribentē & cogitantē inter-  
ruperunt: tū vel maxime ppter altitudinē tui intellect⁹ & acumen qđ  
etī innumeris negocijs a cōtemplādis legalib⁹ dubijs abstrahit. Ita  
tamē cuncta subtiliter p̄cipit & enodat: vt in his solis tua cogitatio  
versari & inue rideat Benignitas tamē ac māsuetudo que a prima  
estate & coaluerūt sp̄ tecū & excreuerūt me & solant̄: ita ut nequaq̄ am-  
bigam beatitudinem tuā neq̄ quātitatē neq̄ qualitatē munuscull sed  
sinceq̄: affectū donantis inspecturā. Lege igī summie pontifex oīm  
humanissime hec scripta in quib⁹ si volueris non dubito multa emē-  
dere iure poteris: & corrigerē. Atq̄ cū primū licuerit inter molestias  
officiū auditoratus Camere que ingeniolū meū perturbat & aridum  
faciunt aliud opus grandius de recto statu religionis xpianc tue be-  
atitudini presentabo: in quo multa magna & nouissima dispueantur  
que sine auctoritate tue beatitudinis possant a nemine terminari. S  
iam ad presens institutum descendamus.

**N**on me fugit pater Beat. quod Jo. An. tradit  
 in. c. sicut. de re iudi. Iudicem exprimētem cām  
 t rōnes sui iudicij stulte facere qm̄ ex hoc sn̄ia  
 ipsius t cōmodius oppugnari t multo facilius  
 infringi pot. Atq; mihi videt̄ Jo. an. suassisse in  
 dicibus ut ex taciturnitate in vulgo famam ac opinionem sa-  
 pientie doctrineq; aucuparent̄. Iusta illud prouer. xvij. Stul-  
 tus etiam si tacuerit sapiens reputabit̄. Ego aut̄ alius in po-  
 pulo apparere non cupio q̄ sim. Et propterea siquā forte sen-  
 tentiam iniustum me proferre contingit sine in noticia facti si-  
 ne iuris deficiā non tantum illam defendi t teneri non cupio  
 vez vniūquenq; humiliiter obsecro. ut eam qui sp̄imum corri-  
 gat t qm̄ det illudq; quod iniustus ac verius est cōfessum om̄  
 nibus patesfaciat. Neq; enim debeo erubescere ea discere que  
 ignorō potiusq; mihi expedit reddendo causas sentēcie mee  
 ledi opinionem litterature siquā forte aliquis de me concepit  
 ac per hoc succurrī indēnitati eius quē forsan iniuste vex-  
 aueram quā tacendo t haberi litterator t iniquā sententiam  
 in alterius preiudicij latum diutius obseruari. Nam ut Ari-  
 stoteli placet primo Ethicor decet ut etiam nostra pro veri-  
 tatis salute refellamus itaq; si Jo. an. malumus credere spon-  
 te mea stultus siam recenseboq; paucis additis que in hac cā  
 coram S. A. reuerendissimisq; dñis Cardinalibus disputau-  
 equo animo passurus si quis melius sentiens ea que scrip-  
 ro corrererit. ~~Quid s; de ipsa doctriina q; dicitur? Quid s; de ipsa doctri-~~  
**C**um igitur totum processum cause enarrasset collegi bre-  
 uiter omnia in summā in hunc fere modum. Marianus Luc-  
 cinus Fisci procurator deduxit in hoc processu Bartholome-  
 um Floridum Archiep̄m. Lusentini dñi nr̄i secretarium do-  
 mesticum a fine primi anni pontificatus. S. sue usq; ad men-  
 sem Augusti proxime preteriti in varijs locis scienter t do-  
 lose fabricasse ultra Quingenta brevia apostolica falsa super  
 varijs ac diuersis materijs. ac ex tali commertio ultra septem  
 milia ducator a varijs personis extorsisse. Hec aut̄ idem pro-  
 curator credit legitime probata esse tūm ex geminata confes-

sione ab ipso archiepo in iudicio sponte facta tum ex dictis  
circiter decem testium tum ex inspectione minutaz hmoi breui  
um quas manu ipsius subscriptas esse Bart. Lusentinus in  
iudicio legitime recognouit. Sedurit preterea idem pcura  
tor quod cum intra dictum tempus quo brevia fabricata sunt  
dñis nr ex quorundam dictis in suspicionem venisset ne aliqua  
brenia per suos secretarios sine scitu suo expediti render. monuit  
eosdem sepius in occulto primus ac deinde coram aliquibus ex  
dñis Rfidiss. Lar. ne quid auderent sine iussu Sanct. sue cui  
piam concedere. Et a aliter facerent cōminatus fuit grauissi  
me se in eos animaduersus. Nihilominus idem Lusentini. in  
suo execrabilis proposito perseverans; neque his paternis mo  
nitibus cōmotus neque minis territus falsa brevia facere vn  
quā cessavit. Et quamque falsarii hmoi ipso iure anathematis  
sententiam incurvat ipse tun penitentie ac absolutōis beneficio  
spreto  $\tau$  paruifactor; diuina sepius publice celebravit. Quibus  
ex cāis procur presatus infert dñm Luseñ.  $\tau$  irregularitatis  
 $\tau$  incorrigibilitatis vitia incurrisse esseque merito suspectū qd  
de fide catholica male sentiat. Hec sunt que in effectu procur  
fisci in hoc processu intēdit. At presatus archieps quāvis di  
cta brenia sine scitu pape se cōposuisse ac dicto rpe diuina ce  
lebrasse  $\tau$  ad hō nō monitū fuisse fateref. non tamen vñquā  
de fide male sensisse. sed in foro penitentie se fuisse absolutum  
Et si id probare non posset cōstanter affirmauit. Cumque col  
lega mer  $\tau$  ego ipi  $\tau$  copi. i procurator  $\tau$  aduocator ttermi  
nū ad defensiones faciendas dedissemus. negauit ille se ullaz  
defensionem factuz qm ut sibi videbat crimen sui non excus  
satione sed sola clementia principis indigebat. optabat tamen  
ut aliquis aduocatus demonstrare conaretur; quod ipse pro  
pter sua delicta non esset de iure penis positis. in c. ad falsari  
orum. de cri. fal. afficiēdus. Que cum ita retulisse adieci re  
liquum esse. ut S. sua Reuerendissimis D. Cardinales qd  
in ea re congruentius fieri oporteret pro eo: um immensa sa  
pientia diffinirent. Cum Sanctissimus dominus noster col  
lege meo  $\tau$  mibi mandauit ut que nos sentiremus esse in hac

causa de iure facienda explicaremus Atq; cum Collega meus obtenta venia ut nobis iura corā S. sua allegare licet votum suum demonstrasset. Ego in sententiam que in effec-  
tu sequitur verba feci.

**C**Ut clarius explicem Beat. pater Dñicq; Reuerēdissimi quod super hoc processu arbitror esse de iure dicēdum. Primo brevibus discutiam. Utrum comprehensa in inquisitione sint ex confessionibus domini Archiepi sufficienter pbata.

**C**Secundo vtrum brevia de quibus agitur debeat iudicari falsa attento modo quo Archieps summum pontificem circumveniebat.

**C**ertio qua pena Bartholomeus Archieps Cusentinus de iure assidue sit. Et hic incidēter disputabimus. Utrum in cōstitutionibus penalibus indistincte loquentibus Ep̄i et archiepi includantur. Et sic an pena. c. ad falsariorum. Archi-  
episcopos incluserit.

**C**Item vtrum brevia sint littere apostolice. Et an qui ea fal-  
so conficit debeat degradatus curie seculari tradi.

**C**Item quis vtatur malori misericordia. vtrum qui punit de-  
linquētes. an vero qui eis penam de iure debitam relaxat.

**C**Quarto & ultimo per quem pronuntiari debeat in hac cā.

aīi

**Q**uecunq; autem dixerо omnia emendationi & correctio-  
ni Sanctitatis V. & Dominorу Reuerendissimorу ac quoru-  
libet melius sentientium subditio.

**A**Primum igitur dico quod meo iudicio sine  
dubio confessio Bartholomei Archiepi spon-  
te bis coram iudicibus solenniter facta deduc-  
ta in inquisitiōe plenissime probat. Certi nāq;  
est qđ cōfessio rei spontanea que non inciden-  
ter sed principaliter in iudicio emanauit adeo concludenter  
probat ut ex ea sine alio pcessu reus quauis pena etiam gra-  
uissima illi tamen delicto condigna puniri possit. Ista est doc-  
trina Innoc. in. c. qualiter & quando. in princ. vlt. colun. de  
accus. Et eam sequitur Bart. in. l. si confessus . per illum tex.  
ff. de custo. reo. & Salice. in. l. q. C. ed. ti. & Danor. post alios  
in. c. at si clerici. in vii. colū. de iudi. Probatur etiam hoc ma-  
nifeste in. c. tregualdum. ri. q. iii. vbi papa duos Archiepisco-  
pos ex sola eorum confessione deposituit. Idemq; demonstrat  
ter. in. c. ii. de confes. Et apertius in. c. i. de accusa. li. vi. Quo  
circa minime admirandum est quod. ii. Reg. c. i. David ex so-  
la confessione eum qui asserebat se Saul regem occidisse in-  
terfici iusserrit. Sed ad propositum itaq; cum una sola confes-  
sio Bartho. archiepiscopi satis probasset narrata in inquisiti-  
one dubitandum non est quin due confessiones ampliorem  
quam necesse sit fidem faciat. Seminatio enim robur prioris  
confessionis non diminuit sed corroborat. Juxta vulgatam  
theo. Bart. in. l. cum scimus. C. de agri. & censi. & Danor. in  
c. si cautio. in fi. de fide instru. Neq; tamē propterea existimo  
attestationes & minutas brevium superuacuo esse in processu  
isto reproducetas quamuis enim ubi constat aliter quam per  
confessionem rei maleficium esse commissum licet ignoretur  
quis illud effecerit stetur spontanee confessioni sine alia pro-  
batione. tamen quando maleficium perpetratum esse non ap-  
paret nisi ex confessione eius qui contra se attestatur. tunc v

tra confessionem oportet aliam probationem fieri quod reue  
 ra maleficium factum sit alioquin non potest iuste in confiten  
 tem sententia condemnatoris ferri. Et ita mibi videtur casus  
 clarus in l.i. §. diuns. ff. de questio. Ibi diuus severus rescrip  
 fit confessiones recorum pro exploratis criminibus haberi no  
 oportere si nulla probatio religionē cognoscentis instruat.  
 Indeq; puto esse quod Jurisconsultus dicit ita demum obli  
 gari consitentem ex falsa confessione si eius rei nomine qua  
 confessus est cum aliquo sit actio. l.confessionibus τ. l. si. is.  
 §. fi. τ. l. qui serum. ff. de intero. acti. Unde Bar. in. l. fi. ff. de  
 questi. vult iudicem non debere procedere ad inquisitionē  
 priusquam sibi liqueat de maleficio per tex. in. l.i. §. illud. ff.  
 ad sile. Bal. etiam in addi. spe. de confessi. colum. q. expreſſie  
 firmat qđ si confiteor occidisse quendam cuius nomen ignoro  
 nisi aliter de corpore occisi constet neq; possum neq; debeo  
 condemnari de iure τ idem dicit in ti. de senten. colum. viii.  
 Que si aliter se haberent τ omnino credendum esset reo cri  
 men consitenti. Cur jurisconsultus in. l. non tantum. ff. de ap  
 pella. dixisset recipiendam esse appellationem terciij. Etiam  
 ipso reo inuito τ ad mortem festinante. Cur item dixisset in.  
 l. sed et si. ff. de penis. q. quando reus neq; se defendit neq; ab  
 alio defenditur. Index ipse debet querere de eius innocentia.  
 Quare concluso oportere omnino constare maleficium esse  
 commissum. Etiam alio modo qđ per solam confessionem spō  
 taneam inquisiti. Et propterea cum in casu nostro ultra gemi  
 natam confessionem τ per testes τ per minutas recognitas  
 liqueat de brevibus fallis indubie concludendum est posita  
 in inquisitione fuisse τ esse. Etiam ut condemnatio sequi pos  
 sit sufficenter demonstrata atq; hec de primo.

Circa secundum autem Utrum brevia ista debet salsa ē  
 seri considerādum recor q. B. Lusentinus respōdēdo inqui

sitioni simpliciter et pure confessus fuit brevia illa esse falsa  
Postea vero in alijs suis rationibus dixit quod credebat ea non  
debere falsa reputari sed potius ipsum ista brevia a domino nostro  
per deceptionem extorsisse Et in hoc aduocatus eius maximum  
fundamentum facit quoniā ut. scilicet referendo processum retuli  
dominus Lusentinus immiscebatur brevia huiusmodi cum ue  
ris habentibus supplicationem introclusam et ita omnia si  
mul domino nostro exhibebat affirmans esse in omnibus sup  
plicationem intropositam cuius verbis summus pontifer fu  
dem habens ea omnia pariter pectoris anulo signari in  
bebat Quas ob res aduocatus Lusentini infert dicens  
Ecce quoniam brevia sunt expedita de voluntate et iussu pape  
licet decepti et consequenter falsa esse non possunt Quia sicut  
bulla gratiosa in qua ad inducendum papam multa falsa sunt  
per impetrantem narrata non potest dici falsa saltem ad esse  
rimum ut pene posite in ti. de cri. fal. locum habeant ut firmat  
glo. Lui nullus aduersatur in. c. licet ad regimen in principio  
de Cri. fal. et declarat Bal. in. l. et si legibus. C. si contra. Jus  
vel pub. vti. Et probattir in. l. ij. C. eo. ti. et in. c. super litteris  
de rescrip. Sic etiam putat dicendum in proposito ut brevia  
que papa quamvis circumventus expediti mandauit falsa esse  
non possint Inducit etiam ad hec notata per Bar. in. l. figs  
obrepserit Lolii. i. ff. ad. l. Cor. de fal. et l. ij. C. de reb. alie. non  
alie. Ego autem et si cocedam dictam confessionem non no  
cere archiepiscopo si re vera ista brevia falsa non sunt con  
fessio quippe que a iure respuitur confitenti preiudicare non  
potest. d. l. si bis qui. q. fi. ff. de interrog. acti. Nam neque opinio  
neque credulitas neque ignorantia delinquens potest efficere in  
foro fori ut ille actus qui secundum iuris dispositionem delictum  
non est delictum fiat ut probat tex. in. l. fi. ff. de cri. expil. be  
redi. Ibi sed nihil mutat existimatio surripientis et in. q. placu  
it insti. de oblig. que ex delic. et in. l. inf. q. recte et ibi declarat  
bar. ff. q. fur. confessioq. erronea etiam si in iure verset ubi q. dan  
no evitando agitur lite adhuc pendente sine difficultate rescind

ditur. l. iuris ignorantia. t. l. error. ff. de iur. et fact. igno. l. cum  
falsa. C. eo. ti. et in regula ignorantia. li. vi. Ab hilominus ta-  
men indubitanter puto dicta brevia omnino esse falsa: Sed  
priusquam deducam ea quibus in hanc sententiam impel-  
lor dissoluam rationem pro parte Archiepiscopi adductam.  
Dico igitur quod bulla surrepticia in eo quod ipsa affirmat ni-  
bil falsitatis penitus in se habet. Cum verissimum sit impetrata  
rem narrasse omnia prout bulla dicit etiam si illa falsa essent.  
Et similiter verum est papam inductum narratione impetrata  
tis gratiam fecisse ut bulla seu littere testantur sicque in eis ni-  
bil prorsus est falsitatis. Neque enim papa affirmat narrata ne-  
ra esse sed impetrantem sic exposuisse sunt autem ille littere  
nulle non quia false sint sed quod papa subintelligit in gratia  
quam facit clausulam si preces veritate nitatur ut est expres-  
sum de rescrip. c. q. et in. l. fi. C. de dñer. rescrip. Itaque sicut si  
pulatio concepta sub conditione falsa de presenti tempore est  
vera in se licet nulla sit de iure propter defectum conditionis  
.l. cum ad presens. ff. si cert. pet. q. conditiones. insti. de verb.  
oblig. et l. conditio impreteritum. ff. eo. ti. Ita etiam necesse est  
ut littere principis surrepticie obtente vere et non false sint lie-  
cet de iure propter defectum tacite conditionis sub intellecte  
non ualeant. Confert his quod instrumentum affirmas. Titiū esse  
confessum habuisse Centum mutuo licet in vero nihil titius  
uinqua habuerit non est falsum ut firmant omnes post Bar.  
.in. l. si ex cautione. C. de non nuptiis. et in. l. singularia. ff.  
si cer. petra. Unde nec bulla falsa erit que non assenerat nar-  
rata esse vera sed sic per impetrantem fuisse exposita. At in bre-  
vibus quorum falsitatē exquirimus longe aliter res se habet.  
Primo quia narratio omnino est falsa. Quoniam que ibi di-  
cūt fuisse dicta summo pontifici nunquam ad ipsius notitia  
deuenerunt. Deinde dispositio quam breue refert nunquam fuit a  
papa concessa et sic tam in narratione quam in dispositione in dic-  
tis brevibus nihil prorsus veritatis dicit. cōsequenter igitur  
brevia ista nihil habent commune cum litteris surreptitijs. et  
ideo ex illis nulla recta illatio ad hec fieri potest. nec ad rem

pertinet quod papa illa sigillari mandauerit. Nam si inquireret  
contra archiepiscopum de falsitate sigilli non dubitarem allegatorem  
aduocati aliquid habere momenti, sed cum de sigillo non agat  
plurimorum inter se scriptura et sigillū differant possumus sine du-  
bio alterum verum esse cum alterum falso sit ut declarat omnes in  
eius licet ad regimen de criminis falso. Et bene hoc ibi exprimit ter, cir-  
ca si. Num dicit de falsis litteris vera bulla signata Iesus ergo  
pape ut brevia illa sigillarent ad confirmandā scriptarā et con-  
tentā in ea trahi quoniam non potest quippe etiam ubi verba  
sunt generaliter prolatā consensu tamē que consentiens sci-  
uit firmare potest que ignorauit non potest. I. tres fratres, ff. de  
pac. I. cum aquiliana, ff. de transact. I. sub preteritu. C. e. ti. unde  
facta est regula illa non videat consentire qui errat. I. nib. I. con-  
sensui. ff. de regu. iiii. Ex his etiam potest intelligi quod d. I. iij. C.  
de reb. ali. non ali. et id ad quod eam allegat Bar. in. I. si quis  
obrepserit, prealleg. non probant dico. Usentia quia in. I. iij. cō-  
tractus erat in toto verus, maritus enim vere uendiderat ut  
ibi et tex. et doc. significant, et similiter vere uxor quamvis dece-  
pta instrumentum suo sigillo signauerat et ideo ibi nulla falsitas repe-  
riri potest. Cōtra vero in brevibus istis quicquid enim in eis  
scriptum est falso existit, quare quod dicit in. I. iij. cum brevi-  
bus istis neque consanguinitatem neque similitudinem ullam ha-  
bet, adeo ut si iocari liceret possent sine aliqua dispensatione  
matrimonio iungi, quin immo d. I. iij. contra allegantem cōuer-  
ti potest quoniam in ea presupponit sigillū suisse appositorum et tamē  
dicit si consensum non accommodasti, per hoc euidenter ostendens ex sola appositorum sigilli non induci consensum his que  
in scriptura sigillata narrantur, et propterea non posse evitari falso  
si crimen in scriptura cōmissum ob nudam impressiōem sigilli  
ab ignorantia et circumuento extortam. Nūdi satis ut opinor ra-  
tioni et allegationi obiecte, de theor. vero Bar. infra dicam.  
Nunc ostendam multis rōnibus et tex. quod brevia de quibus agimus falsa sunt. Et in primis videat mihi istud aperte  
determinatā in. C. licet ad regimen, versi, illos quoque de crim.  
falso, ibi enim dicit quod falso in litteris apostolicis cōmittit

1058

qui falsas litteras inter ueras plicat ut cum illis pariter sigil  
letur sed ita factum est per dominum Cusentini. quod falsa brevia ueris  
imiscendo a domino nostro sigilli impressionem i falsis liris seu breuibus  
oripuit. Ergo ipse commisit falso i liris apostolicis et dicit ibi Jo.  
an. in prin. quod veroque casu pariformiter committit falsitas. et quoniam  
falso sigillum apponit falsis litteris et quoniam vero sigillum litteris  
falsis adiungitur et sic Jo. an. expresse vult quod veritas sigilli non  
facit litteram esse ueram si illud quod littera exprimit de voluntate  
potestificis non processit. Idem et dicit ibi Anto. de but. et Clari  
hosti. eo. ti in summa. h. qualis probatio. v. fallate uero Pre-  
terea et glo. et doc. oes in. d. c. licet ad regimur. voluit quod i oib  
casibus positis in illo tex. committat falsitas in litteris apostoli  
citis et sit locus pene. c. ad falsarioque. sed casus non est comprehendens  
in. d. tex. ut prime deduxi Ergo cois doctrina ibi posita arti-  
culum quem disputamus determinat contra dominum cusentinum Itaque  
et si ista cois doctrina sit forte nimis rigorosa quo ad casum  
positum in eo. tex. Versi. Eos etiam non tam propterea inferri  
potest quod locum non habeat in casu nostro qui plurimum differt ab illo.  
Nam ibi potest esse quod littere sint emnino vere. In casu autem  
nostro omnino littere false sunt ut cuiilibet consideranti facile  
patet Quapropter quod de uno dicitur ad alterum inferri non de-  
bet Neque. n. ordo scripture spectatus est sed ipsa rationis uis  
et quod verisimile est iuris latorum sensisse. l. nec. n. ff. de solu. et sa-  
tis nobis esse debet quod questio nostra sit decisa per communem doc.  
sententiam. Possunt preterea ista etiam ex iure ciuili varijs  
modis demonstrari nam qui ut vero non appareat machinatio  
ne aliqua fraudulenter subiciunt aliquam scripturam profecto isti  
falso committit ut dicit tex. in. l. paulus et in. l. q. ff. ad. l. Cor  
ne. de fal. et in. h. Itē lex cornelia Insti. de. pub. iudi. ibi instru  
men tum falso scripsit signauerit recitauerit subiecerit et  
Tande ista inmixtio veroque falsoque breuium facta per dominum Cu  
sentinum ut veritate occultaret Dominum nostro nisi falso decidit  
per. d. li. in crimen falso includi Cōprobat istud quod supponere  
falso partum etiam si pater inclusus rei geste agnoscat super  
positum quasi filium proprium et illum heredem instituat nihilominus

Consanguinei defuncti eius testamēto non obstante possunt  
rem huīusmodi in iudicium deducere et ciuiliter et criminā  
liter prosequi ut est casus in. l. i. in si. iuncta. l. seq. ff. ad carbo.  
Et certū est q̄ q̄ si criminaliter agitur tūc his qui partum sup  
posuit tenetur de falso et pena mortis plectēdus est ut dilu  
cide aperit tex. iunctis ibi notatis in. l. i. C. ad. l. cor. de fal. si  
cut ergo agnitiō filij a patre putatiō ignorāter facta non ex  
cusat a falso et pena mortis ei qui partū supposuerat Ita for  
tius in proposito non potest cūsentius a falso liberari ex eo  
q̄ papa ignarus nēritatis mandauerit brevia falsa sigillari ut  
sua Adūsus est. n. quod in brevibus istis papa fecit. quā qđ  
pater putatiūus in casu antedicto Ille. n. et vedit filium the  
redē instituit Hic de tenore breuiū nullā penitus noticiā ha  
buit consertis his q̄ si venditor merciū circunuentus ab empe  
tore ponderat eas maioribus pōderibus quā vera pondera  
ressent quāuis ipse spōte tradat merces emptori tñ emptor et  
farti et criminē falsi tenetur Iste est ter. in. l. si quis uxori. s. si  
maiora. ff. de fur. et in. l. ānonam circa. si. ff. de exordi. crimi. et  
in. l. penul. ff. ad. l. cor. de fal. Et his ergo pspicue intelligere  
possimus q̄ cōsensus hominis circūuenti neq; a criminē cir  
cūuentē eripit neq; a pena Nam vero redeamus ad theo.  
Bar. in. d. l. si quis obrepserit. quā adiuvatus dñi Lusentini  
p eo allegat sed facile aduersus eum retorqueri potest dicit  
namq; Bar. ibi q̄ si quis deceperit notariū ignorantē tradid  
do ei scripturā continentē falsum et ille ex ea bona fide sece  
rit instrumentū publicū iste deceptor cōmittit falsum et scrip  
tura per eum exhibita est falsa et propterea si accōmodemus  
verba Bar. ad casum nostrū oportet dicere cūsentium fal  
sum cōmississe et scripturas quas dño nō sigillandas porre  
xit falsas esse et p consequēs ipsa brevia esse falsa Nec refra  
gatur qđ statim Bar. sabicit Instrumētum non esse falsum  
propter bonā fidē notariū quia possum hoc fateri si nō loqua  
mūr simpliciter de falsitate instrumēti sed habita considerati  
one ad notarium quo ad quē vitium purgatur propter ipsi  
bonam fidem falsitas. n. sine dolo esse non potest ut declarat

**H**osti de cri. sal. in summa in prin. et est expressum in. l. nec ex  
 emplum. C. eo. ti. Et si litter non potest deceptor iste teneri de  
 falso ex persona notarii; quia cum ille non deliquerit iste ex illi  
 facto teneri non potest ut probant. ll. quas Bar. allegat. Aliud  
 autem est si queramus de falsitate instrumenti simpliciter ver-  
 bi gratia respectu illius qui tali instrumento utitur tunc enim ne  
 opinor oportebit dicere dictum instrumentum esse falso; cum  
 ipse met Bar. fateat scripturam esse falsam et impossibile est quod  
 scriptura instrumenti seu ex qua consecutus est instrumentum sit fal-  
 so et instrumentum sit verum. falsitas. n. et veritas in eodem et circa  
 idem simul stare non possunt ut dialetici docent. Ex quo  
 natum est illud iuristaz posito uno contrario in esse remo-  
 vetur reliquai secundum Bal. in. l. conueticulam. C. de episcopis  
 et clericis. Dat ergo quod si subtilius verba Bar. considerare volu-  
 erimus instrumentum in casu suo simpliciter loquendo diceat  
 falso. Sed ut omnis cesseret hesitatio transcamus ad ea que  
 Bar. in eodem loco in sequenti. q. subiungit. Dicit enim quod si ali-  
 quis dictando instrumentum notario scienter aliqua necessaria  
 omiserit et notarius bona fide iuxta dictamen illius instrumen-  
 tum consecerit isto casu dictans cenetur falso instrumentum  
 fieri fecisse et de falso tenetur secundum eum. Et ibi ponit rationes  
 diuersitatis inter hunc et precedentem casum: que verba mibi a  
 nimis faciunt ut affirmare non verear; quod etiam si papa sciun-  
 set gratias que in breuis illis comprehendebantur quin immo-  
 etiam si ipse brevia illa nominatim scribi mandasset et dominus Cu-  
 sentinus addidisset illis ignorante pontifice aliquod substantiale  
 et hoc ipsum additum in relatione brevis domino nostro pape subri-  
 cuisset nihilominus illa brevia fuissent falsa; et vero esset Cu-  
 sentinus falsa brevia fieri fecisse. Et si aliter dicam theo. Bar.  
 de qua modo dixi et quam nemo reprobat subsistere non potest  
 Accedit his quod sicut testis qui in aliqua mentitur sine dicendo  
 sine tacendo. Etsi in plurimis vero dixerit tamen falso est ut  
 notant omnes in. c. i. de. cri. sal. et in. l. ps. b. C. de Epis et clericis.  
 et est expressum in. c. pura. iii. q. ix. et sicut propositio copulativa  
 si est falsa in parte ex hoc est falsa tota ut dicit tex. in. l. si is q

ducenta. §. vitrum. ff. de rebus. dubi. Ita oportet ut et breue si  
in aliquo substantiali falso narrat tam et si vero in multis di-  
cat falso sit Atque hoc idem licet in instrumentis videre Nam  
quoties notarius his de quibus vere rogatus est aliquod sub-  
stiale ex seipso addit vere instrumentum falso facit nec a pe-  
na falsi eximi potest ex eo quod partes reliqua omnia fieri mada-  
uerint ut est rex. in. c. quanto de his que si. a prela. et in. l. si quod  
C. de suscep. li. p. et declarant doc. in. l. si ex falsis. C. de trasc.  
et in c. fraternitatis post Inno. de hereti. Ex his igitur necessa-  
rio sequi arbitror quod quamquam Lusentinus non uniuersam  
substantiam in brevibus effinxisset sed tantum partem papa  
ignorante non tamen posset ob eam causam a falso excusari  
quod Papa cetera alia scribi et simpliciter litteras sigilla-  
ri mandasset Et prosectorio necessaria est dicere ista brevia aut  
in totum uera esse aut in totum falsa aut saltem partim vera  
et partim falsa Et cum impossibile sit ea vera esse preter scien-  
tiam domini nostri necessaria est omnino ipsa saltem in parte fal-  
sa esse Sed ad hoc ut sit locus criminis falsi sine dubio sufficit  
quot falsitas in aliqua parte sit ut dicit tex. in. d. c. licet. §. qn-  
ta. de crimi. fal. Ergo in casu quem discutimus brevia usque a  
deo falsa sunt ut oporteat in eis penam falsi locum habe-  
re Et si secus dicere audeamus hoc est brevia hec non esse  
falsa; sequitur proculdubio quod si quis hodie habens noti-  
tiam rei geste illis in iudicio vteretur: Dici non posset eum  
uti falsis brevibus. et consequenter oporteret iudices secun-  
dum ea indicare postquam falsa non sunt. Quo neque pernitio-  
sius neque stultius dici possequitur arbitror. Nam cum  
falsitas nil aliud sit quam immutatio veritatis dolose facta.  
ut dicit tex. in. auten. de instru. caute. et fid. in. princ. et declarat  
Hostien. in summa. de crimi. fal. Et Bartholomeus Lusen-  
tinus non solum veritatem in ipsis brevibus immutauit. sed  
in ipsis nihil proposito de veritate posuit prosectorio nihil omnino.  
ut arbitror ratione consentaneum adduci potest quare bre-  
via iam dicta falsa non sint. Restat ad absoluendum ex  
toto hanc articulum resicere duas rationes a nonnullis pro-

dio Cusentino allegatas quas dum minus virgere existimo  
consulto sere subticui. Dicunt enim et ut sibi videtur non ins-  
subtiliter ubi nam queso est ista falsitas. Utrum ne in scripto  
re qui cum bona fide scripturam priuatam fecerit nullam pro-  
bationem facientem et propterea nemini nocentem falsum sal-  
tem punibile commisso non potuit. An potius in dno Cu-  
sentino qa subscripto sit. quomodo enim fieri potest. ut in sub-  
scripto falsitas sit que vere a Cusentino facta est. ut ipsa sub-  
scriptio insinuat. an vero sigillum falsum dicere quis audeat  
quod iussu summi pontificis est impressum. Et ex his preten-  
dunt isti omnem falsitatem ab his litteris breuium esse exclu-  
sam. Quibus rideo quod si quis hanc sophisticam rationem  
sequi voluerit nulla vñqz falsa lra inueniri poterit. neqz enim  
membrana sine carta falsa esse potest cum vera carta sit; et si  
militer apices sine caracteris in ea descripti veri sunt alioqñ  
nec oculis cerni possent. Impressio quoqz sine in cera sine in  
plumbo existat; non potest esse nisi vera qm impressio in ma-  
teria illa vere facta est. Sed tamen nullum horum de per se con-  
sideratum neqz etiam omnia simul coaceruata faciunt lram a  
postolicam. sed illud intellectuale significatum ex omnibus his  
simul iunctis quod intellectuale realiter differt a characteribus  
litterarum. et ab omni eo quod oculis corporeis cernit. Una  
de homines indocti litteras quidem ipsas videre possunt. Il-  
lud vero quod littere significant percipere non possunt. Et  
propterea dicit doc. post glo. in. l. i. ff. d testa. quod carta scri-  
pta non est testamentum sed intellectuale significatum ex illa.  
Ad propositum ergo dico qd breuia illa intellectualiter signifi-  
cant papam vere fecisse gratias que in eis narrant. Et cusentiu-  
nus id verum esse attestat p subscriptio suam. Sed istud simum  
est cu papa de gratiis illis sit oculo ignarus. Ergo breuia vere  
falsa sunt. Cum ipm intellectuale in quo entia breuis persistit simum  
sit. quare certum sit Cusen. breuia falsa aplica partim p seipsum  
partim per alios fabricasse. Dicunt preterea antequam in bre-  
uibus imprimere f. sigillum aut nulla erat falsitas aut certe non  
erat punibilis pena falsi criminis. Cum ubi scriptura ccreat

